

divitudo Absalonis, bellus Gedeonis et aliorum
) fortia? libro scriptis fortia ^{um} virorum gesta fortissima per omnia sopita
essent, nisi scriptis commissa fuissent. Ex-
cellentie itaque vestre gesta regalia scriptis digna,
licet hoc opus supra nos esse sciamus, de gratia
Dei tamen et de excellentie vestre misericordia plu-
rimum confidentes, ut eterna potiantur memoria,
scriptis mandare dignum duximus. Lectores autem
benivolos, pios et huius operi propitios esse rogamus.
Si qua etenim in eo sunt corrigenda, novaculam,
et si qua augenda, calamum velociter scribentem
~~et~~ presso tenemus. Invocata itaque sancti spi-
ritus gratia, qui nos post tot labores ad hec
tempora perduxit, ad laudem et gloriam nominis
vestri eia dicamus. Anno dominice incarnationis
M^oC^oXL^o?

Admonitio nosse
quid diligamus

Judite gloriosissime et serenissime regine Boemorum,
domine sue inclite, Vincentius clericorum suorum
minimus cum orationum instantia servitium
et karitatis habundare visceribus. Ipsa serenitatis
vestre opera gloriosa, ut ea eterne committamus
memorie, nos consellunt. Nec mirum, quod per
feminam talia exercentur opera. Per feminam